

Zur
Gräfl. vom Hagen'schen
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN
gehörig.

N^o 2328
auf Ja 2400

— 00
000
000



IACOBI ROSEFELDI
FRANCI
CARABONNA

Comœdia alia noviter

CONCINNATA

&

PUBLICICE ACTA,

in honores gamicos

VVOLFGANGI
HEIDERI,

Logices ac Ethices

P. P.

Ad secundavota transilientis.

PRID. CAL. OCTOB.

ANNO M. DC.



IENAE

Typis Tobia Steinmanni.



1.

J
I
I
B
M
Q
A
H
I
F
C



CLARISSIMO ET DOCTISSIMO

Viro,

M. WOLFGANGO


HEIDERO

Secundum sponsa

Carabonnam suam D. D. D.

Iam satis atq; super viduo VVolfgange grabato
Dudum indulisti, dividiæque truci
Cordoliumque caput, ferijtque dolentia mæstum,
Abstulerat sociam quòd tibi Morta tuam.
Iam tibi iam faveat Venus atq; lubentia, iam dic;
Trux Libitina vale: dia Ericyna veni,
Iamque iugatini tibi sint in amore faventes,
Cinxia pro foribus stet Domiduca tuis:
Barbara barbaries à quâ se barbara spernit,
Quam VIRTUS famâ, FORMA decore beat;
Illa, illa amplexu te amplectitur aurea honesto,
Collaque brachiolo nexili utrinque ligat.
Quam propter Nestor recubans revirescere posset,
Mygdonioque seni vita rediret anus.
Amplexu me Christe tuo dignissima virgo
Non fit regali digna pedissequio?
Huic mea non famulam CARABONNA ministret
opellam?
Ne Nova servitium respue NVPTA novum!
Interea VVOLFANGE decem ne forsitan ultra
Confideat lunas desidiosa domi,
Fac Carabonna tuis opera infantaria cunis
Præbeat & subeat tale quotannis opus.
Cui data sunt primo tam pulchra brabæa duello,
Quid non egregij pugna secunda dabit?

L. Rosfeldus.



DRAMATIS PERSONAE.

Selinus	Rex Spartanorum.
Carabonna	Regis filia.
Melina	Virgo aulica
Floridus	Anneniæ Regis filius
Crinifus	Princeps
Cophus	
Varilorus	} Aulici
Thaleta	
Lorarij.	
Trumpus	Opilio.
Grillus.	Villicus.

PROLOGVS

Quam linguâ, spectatores spectatissimi
 Vobis apporto CARABONNAM, non
 (manu,
 Eandem linguâ nec laceretis, maximo
 Opere Poëta vos oratos discupit.
 Nam quando, quas dedit hætenus Comædias,
 Placuisse vobis sibi revocat in memoriam,
 Quatitur timore, & trepido palpitat metu,
 Ne vestræ opinionem decipiat spei,
 Dum quam diebus pauculis contexit
 Tumul-



Tumultuariò, nunc insipidam nimis,
Nimisq̄ue insubitam non veretur fabulam
Hanc exhibere tot viris illustribus,
Tot magnificis, tot nobiles, tot fœminis
Celebribus castitate & elegantiâ.
Et herclè miror omnibus attonitus modis,
Vos occupasse pedibus orchestramcitis,
Vbi nihil; doctum, scitum, lepidum aut elegans,
Nec elaboratum examussim scenici
Producent actus; Quare si doctissimis
Consulere vos avetis omnes auribus,
Si cupitis oculis optimè tenerrimis
Efferte celeres hinc gradus, & longiùs
Abite, nec spectate hanc histrioniam
Deformem actu, nec audite enormem stylo.
Præterea quisq̄ue secum cogitet velim,
Quam longè abesse ab ædibus liceat suis
An vos futuros æstimabitis domi
In urbe IENA? et farreationibus,
Repotijsq̄ue Heiderianas Nuptias
Celebraturos? Erratis miseris modis.
Nam vestra præter vota singuli simul
Operâ poëtæ & fabricâ reconditâ
Videbitis vos esse momento levi
In urbe Spartâ, regum sede nobili.
Forlan videtur (non enim animadvertitis
Vos ire jam) quod sitis in vestro loco:
Tamen estis in viâ: Estis urbi proximi.
En civitas hæc est Spartana hæc regia est.

A 3

Habi

Habitavit hîc Selinus, cuius filiam
Crinifus sibi dari oravit matrimonio,
At illa amore capta juvenis Floridi,
Cuius virtute Rex & eius filia
Ab hoste capti libertatem pristinam
Statumque rursus regium receperant.
Id Crinifus animadvertens Floridum suum
Rivalem adoriens noctu, è medio tollere
Cupit, & sclopeto cæcis in tenebris eum
Perit, ast aberrans agit insidiarum reum.
Selinus Rex securi Floridum jubet
Ferire, sed misera supplicijs suis
Regina Carabonna charum liberat
Amantem. Et hîc frustratus spe Crinifus suâ
Aggreditur aliâ rem viâ, atque colchicum
Miscet venenum Florido, sperans eo
Sublato se potiri posse filiâ
Regis Selini, sed per errorem impium
Cicutam Carabonna porrectam bibit
A qua illam Floridus operâ cum liberat
Occultâ, regis Armeniæ esse filium
Patescit, Rex Selinus ut sese gerat
Gratum erga Floridum, diadema regium
Imponit eidem, & filiam connubio
Iungit, sed virulentus exsulio sibi
Consulere Crinifus cogitur amator miser.
Vos igitur (in media estis enim Lacedæmone.)
Oramus ut velitis commorariet
Ad exitum actum & ultimum Comœdiæ,

Ec

Et quam tenetis Spartam cum silentio
Ornetis & favore, donec fabula
Fuerit pacta, plenis tum vijs domum
Vobiscum carpemus iter, & longam viam;
Quæ restat devoranda redituris domum,
Societas reddet faciliorem. Nunc eo
Ut oculis perlustrem urbis animosæ statum,



A 4

Actus



ACTVS I. SC. I.
CARABONNA REGINA.

Qvàm facilè se mutare res hominum solèt,
Vt fluctus imminente fluctu truditur,
Sic vota vota, sic alia sententia
Posterior aliam corrigit sententiam.
Huc usque dulcius mihi visum est nihil,
Quàm cuncta vitæ spacia candido
Pudoris atque continentiaæ statu
Vestalis instar virginis transcendere,
Et hoc medullis federat penitissimis,
Vt vitæ inirem sanctitatem cœlibis
Desponsa solis nempè castis moribus.
Verùm furore quo vel œstro percita
Longè alia facta mentis exui meæ
Mentem prioris! Tota tota, quid eloquar?
Aliena vix me nosco, quid monstri quid est?
An animus in me meus, an alius Spiritus
In me perenne legit hospitium sibi?
Quis ante vultus errat indidem meos
Imago? Tene video Floride Floride?
Non sentienti quis mihi excidit sonus
Iucundus? intima ustulans præcordia!
Blandum heu calorem vimq; magnam pectoris
O rare juvenis, magne virtutis decor.
Amo te dies noctesq; te desidero,

Te

Te spero, teque spiro, de te cogito;
Tu solus ut servare potuisti meam
Servare vitam sic potes solus meam
Licet haud tibi fumosus umbo insigniis,
Nec stirpe regiâ inclutum trahas genus,
Locuples nec habeat fiscus Attalicas opes;
Moratus animus atque virtus incluta
Amoris ignem pectori insinuant meo
Hæc maior est illecebra: Non genus aut opes,
Sed verum amorem concitat virtus viris
Stabiliq̄ue flammâ corda virginum ferit.
Sed equis hodie respicit bonam indolem,
Virtutis elegantiam, mores, fidem,
Castumque amorem? Nunc quibus pecunijs
Sit amor onustus indidem quæri solet.
Ah pereat omnis quisquis argentum perit!
Hoc propter ipsum bella Gradivus movet,
Hoc propter omne facinus, omne furit scelus,
Pereunt amores, & fides extinguitur.
sed exit ipse, quem volebam, Floridus.

ACTVS I. SC. II.

FLORIDVS CARABONNA.

SEu ratio, seu fors cæca, præceps seu furor
In hancce me coniecit anlam regiam,
Omnes mihi favere, meque laudibus
Efferre video ob editum specimen meæ
Virtutis, & quod obvium opponens caput
A 5 Regem

Regem catenis liberarim ab hosticis,
 Et asseruerim dexterâ tutum meâ.
 Tum regis autem filia attonitum suis
 Me reddit oculis semper in me hærentibus.
 O vos ocelli, Solis instar aurei
 Hebetare vos potestis intuitus vagos,
 Quoscunque vultis operâ eâdem occiditis,
 Luci que eâdem rursus occisos datis.
 Nolite vos nolite radios amplius
 Servilis hominis polluere contagio.
Car. Non tela solis inquinantur lucidi
 In loca licet coniecta caligantia.
Flor. Quid fors, Quid ô fortuna fallaci mihi
 Blandita vultu sorte contentum mea.
 Extollis altè, quidve nimium me foves?
 Ut inde gravior scilicet casus foret,
 Et efferares animum & efferes meum,
 Maiore, quàm par extulisti me gradu.
Car. Nulli influentis dona fortunæ nocent,
 Animo illa saltem ferre moderato sciat.
Flor. Sed ille quomodo illecebrosus mihi
 Cavendus est aspectus, ut ne incendium
 A filia ista Solis inopinum hauriam.
Car. A moris oculi fomites, oculi duces,
 Amor per oculos penetrat in præcordia.
Flor. Qui me geram, ne pulchritudo regia
 Pedicis amoris me æviternis alliget!
Car. Veneranda pulchritudo præco est, quæ
 sedens
 Iuvenum coruscis virginumque palpebris
 Mani-

Manibus necessitatis alium mitibus,
Alium severis gestat & crudelibus.
Flor. Rex CYRVS olim vetuit adduci sibi
Ne sumeretur pulchritudine Pantheam,
Et ille V. Imperator CAROLVS
Clausit fenestræ vitreæ specularia,
Formosiores ne videret fœminas
Si fortè præterire eas conspexerat.
Sic ego serâ munire pectus oppositâ volo,
Ne repat in me blandiens aliquis calor,
Statuæ instar illam contuebor lignæ,
Nudos ut homines esse continentibus
LIVIA professa est. *Car.* Tentat intractabilem
Venus animum, quod posse non speras potest.
Flor. Præsentè Dominâ quid meâ blatij miser?
Car. Quò replicas ocelle mi vestigia?
Effare charo cura quæ sub corculo
Te torquet? *Flor.* Hera mea, non inest alius meo
Dolor animo, quàm posse me nihil tui
In gratiam præstare quod dignum foret
Animiq; corporisq; dotibus inclutâ
Te fœminâ. *Car.* Eja quæso formosissime
Itan' parasti te, super sit ut nihil
Laudem ad futuram? Pectus antiquum advoca.
Quo vertis oculos? an pudet te facinorum
Ad alta subvexere quæ te sidera?
Flor. Quem pœnitet virtutis, haud frugi est ho-
Nec facilè robur fortis amittit suum, (mo,
Cui delibutum pectus haud imbellia est.

CAR

Car. Maeste decus ingens flosq; juvenum Floride!
Virtus ad altiora te jam nunc vocat.
Secreta fidei cuncta committo tuæ,
Quæcunque cordis religiosi scrinijs
Conclusero, tu semper in animo tuo
Conclusa teneas oro. *Flor.* Ne dubites Hera!
Car. Quoties recordor, ceu recordor sapius,
In quæ pericla me Deus conjecerit,
Vbi de salute prorsus actum esset mea,
Ferremq; servitutis æternæ iugum
(Horreſco referens) absque te si Floride
Fuiſſet uno; Tu fugatis hostibus
Victrice rursus me reduxisti manu;
Tibi parentes, patria, libertas, palus,
Accepta soli nempe referenda tibi est
Quid ergo non debere me fatear tibi?
Post fata fortem quilibet laudat virum,
Adhucq; vivum more semidei colit;
Nam turris instar omnium in se oculos rapit.
At si quid à me dulce proficisci potest,
Nullum quidem hæcenus mihi fuit editum
Amoris erga te mei signum evidens,
Nam facta fortem te tua arguunt virum.
Flor. Amore dignos colere, regius est amor.
Car. Talem utque corde iudicavi te meo,
Talem usque iudicabo donec spiritus,
Vitalis aura donec hos artus reget.
O utinam amoris esset æqua pars mihi
Tecum aut satis animum meum cognosceres!
Flor.

Flor. Agnosco Hera mea, agnosco peccatus oppidō
Mihi propensum, eique me semper geram
Quam potero facilem; Sed tamen nolim, meā
Te facere causā, dignitati quod tuæ
Notam probroso inurere queat stigmatē,
Aut cuius olim ducta Metanæā velis
Mutationem. Sæpè fieri aliquid solet.
Affectu amoris, cuius olim pœnitet.
Non quicquid affectus iubent est utile,
Adhibenda ratio est, ratio, non præceptus amor
Adhibendus in consilia: Momentaneum est
Quod suadet affectus, quod autem dicitur
Ratio, ratum placere perpetuo solet.
Car. Amo meditatâ mente, consilio cato,
Verusq; molli flagrat amor in pectore.
Flor. Nescis hera mea, quanta contineat mala
AMARE. Vox amara non Hærate sinat
Amare longas lachrymas, risus breves,
Luctus perennes, & caduca gaudia.
Car. Quid vita foret? aut quæ sine aureâ Cypri
Suavis voluptas quisquis hominū hanc nesciet
Legem necessitatis omnem nesciet.
Flor. Qui blandiendo dulce nutrit malum
Utrò tyrannæ servituti se dabit,
Lentum est, dabit, dat: hoc quoq; est lentū dedit
Nec quem subivit, excutere poterit iugum,
Ca. Amare honestè, amare castè & liberè,
Iugum vocavit turpiter vulgus favens
Vitijs amoris, & libidini vagæ.

An

An tu putabis eius esse me gregis
Quas ignis, aut quas fascinet vagus furor?
Flor. Id absit ô Regina. Quem non castitas
Tua ad stuporem rapiat? hoc tantum rogo,
Ut aut amorem conferas aliò tuum;
Aut te coquentem pectore exturbes facem.
Repulit amorem, quisquis in primo obstitit.
O Hera vides, videre si placet, statum
In quo mea ætas est. Genus humile est mihi,
Tu stirpe nata regiâ: Cyniræ mihi
Non sunt opes, te Plutus opulentus beat.
Quid reliqua memorem regiæ stirpis bona?
Roseos per omnes tanta maiestas Hera
Diffulget artus, tantus in genis nitor,
Tum tanta comitas & elegantia
Morumque suavitas, ut intus quæ latet
Splendore virtus exserat se flammeo,
Animusque multò pulchrior mirabilem
Sui favorem corpore angusto excitet,
Ut regij vix sanguinis dignus dari
Procus tibi queat, nedum ego infimi status.
Car. Næ tu videris vulgus improbum sequi,
Solum quod opibus affluentem Nobilem
Putat esse, quique sceptrum concutit manu,
Hunc esse strenuum atque generosum virum:
Errore cæco traheris ô mi Floride:
Non sceptrum fortem, Gaza non ditem facit.
Quam sæpe inest servilis animus principi,
Humilique pectus veste generosum latet!

Vtrum

Vtrum esse satius tu putas, mentem explica,
Amare, fungum quem magis, quam coniugem
Voces, abundantem opibus atque stemmate:
An liberalem frugis & iuvenem probæ,
Eumque tenuis sortis & humilis status?
Fl. Verum parentis aula non multos habet,
Qui stemmati virtutis adiungunt decus?
Ca. Habet, sed aliquid semper admixtum est mali,
Vt his carere, quam potiri mavelim,
Fl. Haud facile virtus ulla legataria est.
Ca. Sed nullus oculis melior est visus meis
Et magis amore dignus & Genio meo,
Quam tu mearum o flos voluptatum unice.
Age fac amoris particeps fiam tui,
Tandemque nostris statue martyriis modum.
Flor. Regina, jam jam vicit, o vicit tuus
Me vicit animus; Liceat o liceat mihi
Tuum esse servum, meque recipe in gratiam.
Ca. Tua sum, tibi me dedo, Sorti cætera.
Regina sum, Rex esto, stirpe regia
Sum nata, tu virtute compensa genus,
En hunc amoris pignus annulum tibi!
Fl. O suavis Hera, recedet hic nunquam a meo
Digito, & tuâ vice osculis madidum dabo
Creberrimis. Sed scrupulus adhuc me premit.
Car. Quid istud est, expone cordis floscule
Mei? *Flor.* Diu latere non potest amor.
Car. Celandus est. *Fl.* Celare facile possumus
Reliqua omnia, at difficile celatu est nimis.

Amore

Amore si quis captus, aut sit ebrius,
Oculis ab ipsis hoc utrumque proditur.
Quod attinet me, continens pro viribus
Ero. Sed, quod haud confido, si fiat palam,
Ambo periclitabimur. Ego quidem omnium
Stimulis acerbis pungar, at tu risibus.

Car. Quid satagis? aut æstate quid quæris nivem?
O anime mi, quid tanta somnias mala?

Me fidam habebis, sive malè seu dexterè
Eveniat aliquid. En fidem, en dextram meam.

Fl. Ah domina mea, non aliud à me quàm parè
Tibi pollicere certius certò fidem.

Ca. Si lætius quid accidet, duplex erit
Nobis voluptas, si malum ægritudinem
Adimet societas. *Fl.* Mihi vel emori tuos
Dulce est ob ignes. *Car.* Eja! Sed mi Floride
Suspecta ne sint amputabimus modò
Colloquia, amoris cœpta tu nostri occule.

Fl. Haud sum monendus, ista nostro in pectore
Fides metusque, sed magis claudit fides.

Ah Hera mea interim vale bellissimè.

Ca. Et tu vale flos chare, teq; amantem ama.

ACTVS II. SC. I.

SELINVS. CRINISVS. COPHVS.

CARABONNA.

VOs híc manete cæteri. Tu Charseas
Ad me venire filiam iube meam.

Crin.

Crin. Iam luce clarâ medius affulsit dies,
Quo me Selinus exsuet dubio metu,
Mihiq; despondebit ultrò filiam.
Quàm longus (heu mihi) dierum terminus
Saltem trium mi visus est! proh Iupiter
Quàm spacia sunt producta speranti benè,
Quàm spacia sunt correpra metuenti malè.
Co. Spes, metus, amoris est malum diarium.
Crin. Sed ecce regem, adibo. Rex salve inclyte.
Se. Agnosco. Sed quid turbidam frontem geris!
Vultuque mœstus concitas celerem gradum?
Crin. Memineris ó Rex, ante quid triduum mea
Petierit humilitas tuam clementiam,
Instante quod nunc luce repetitum volo.
Sil. Haud sum rogandus. Namque virtus id tua
Requirit, & spectata postulat fides,
Ea propter comparere iulsi filiam
Præsente quo te transigatur quod rogas.
Et ecce iam contollit huc contra gradum.
Car. Hic genitor adsum, iussa ut exequar tua.
Sel. Facis ut soles. Audi ergo, quid nunc te velim
Mea nata, postquam placuit habitanti polum
Servare per te seminis aviti genus,
Ætatis & te nubilis iam virginem
Noster hic amicus cupiat uxorem sibi,
Iuvenile Crinifus lumen imperij, tuum
Quem deceat esse coniugem, sponsum, procū.
Et quia videtur dignus amplexu tuo,
Et meritis aula de mea fuit optimè
Virtute iuvenis iste plusquam regiâ.

B

Nam

Nam benè merèri de benè merito pium est.
Ego meusque Charſenas promiſimus
Nunc ergò Carabonna mea cupio & volo
Per illum amorem quem probatum perpete
Animo dedisti, causa quæ fuit hætenus,
Ut fuerit idem semper animus mutuus,
Per illum amorem cupio pollicitis datis
Ut acquiescas, quò senectute extimâ
Videre possim posteros ex te meos.
Car. O chare genitor ille amor genitor meus
Qui fecit hætenus, voluntas ut eadem
Extiterit inter nos, negare præcipit
Quodcunq; iam nunc peritis, heu miserâ nimis!
Sel. Cur nata planctum mittis hunc miserabilè?
An hunc parentis ægra commiseratio,
Aut maius aliquid vexit in oculos tuos?
Car. Te sine vel horam qui valerem vivere
Super orbe toto? quomodo, ah pater! ah pater!
Lata esse possem? Ah omnis in te spes sita est,
Omnis voluptas, omne gaudium positum est meum
Per genua perque viscera, & charum caput,
Per ipsum amorem te rogo, ah pater! ah pater!
Removere latere ne à tuo gnatum velis,
Tu solus es asylum & meum summum bonum.
Sel. Mea Carabonna, laudo pietatem tuam,
Quòd amore ducta filiali me patrem
Deserere nec queas, neque velis postmodum,
Sed in hoc vel ultra facere pietatem soles,
Dum gerere solitum respuis temeraria
Morem parenti, dumq; nimium me coles,
Nimi.

Nimium remittes omni ab obsequio tuo,
Pietasque quam præ tendis impietas erit,
Amorque quem præ tendis, odium pessimum,
Favor labor, studium perpudiam, honos onus.
Car. Inopinus heu nimisque subitus impetus
O genitor est, deliberandi da moram.
Quisquis in amore, more præ cipitat malo,
Peius perit, quam rupe saliat ardua.
Cri. Si perget illa sic loqui, fiet fera
Homicida cæde; meque verbis facilius
Dabit interemptum, quam machæra quilibet
Alius. Sel. Quid istud est, quod æquum postulas
Haud æqua? Conquiesce quæso filia.
Ca. Deliberandum est pater in illa re diu
Incepta quæ semel nequit rescindier.
Cri. Satis superque corde trutinavi meo.
Car. Verum vide (consultor haud bonus est) amor
Ne fallat. *Se.* Agedum melius omen filia.
Ca. Sed esse castitate nil Dis gratius
Cum noverim, pudoris æterni decus
Dis consecrare mente constitui meâ.
Se. Inane votum. Virgine quid anu potest
Monstruosius dari? *Ca.* Tamen Eripha anus sui
Tulit pudoris æviternum encomium,
Quid Regis ecce filias Erechtei
Quid Eucliam? quid Cyzicenam ego Lalam?
Damamq; memorem? quid bonam dicam Deâ,
Quæ singulæ candore virgineo sacra?
Sel. Sed virgo si manere voluisset tua

Genitrix, an esses Carabonna? quid taces?
Ut tamen amor, iactare quem soles, locum
Habeat, dies deliberandi tres tibi
Permitto dono, tu Crinise benè interim
Sperato, tantam ferque patienter moram?
Vos sequimini me, fida famalorum manus.

ACTVS II. SC. II.
CRINISVS. COPHVS.

Quid tibi videtur de puellâ regiâ
Tanti rigoris, atque continentia?
An seriò putas dixisse? Co. Vah, adhuc
Surgentem avenam auscultas? & alio in mundo
vivis miser?
Quasi discas artem in dolio figularem, quasi nec
unquam antea
Fueris expertus mores Lunâ antiquiores mu-
lierum,
Qui Sisaponis instar sunt communes & palâm
ob vij?
Ca. Scio quidem, quod pleræq; quæ simulare
pudicitiam solent
Tam sint pudicæ, ac si essent factæ Cybeles in
sacrario
Et maximè cum respuunt, datatim se danunt:
Et anticâ exclusum posticâ recipiunt amasium
edS hæc de Carabõna cogitare summa me vetat
Relligio, Tam severam, tam se rigidam semper
exhibet,

Coc

Coc. Ha hæ, pudorem fortè exercet in super-
cilijs suis,

Aut ad Novercæ tumultū flere didicit. **Cr.** Haud
ego autumo.

Co. Vnâ scuticâ vel omnes incitari mulieres
solent.

Quantumvis jam nunc refragetur, quantumvis
renuat nimis,

Tamen erit, ubi in te deperibit, cum non arbi-
traberis,

Nec huius adeò causa talū amoveas sacrâ lineâ.

Cri. Itan' suades? **Co.** Si sapis, aut si facit tibi
amor incendium,

Intenta vim, tam facilè vinces quàm pirum vol-
pes comest,

Dispereâ nisi maturiorè inveneris moro. Rapi
Gaudet virginitas, Voluit Helena rapi, non in-
vitam Paris

Eam asportavit. Quid Medeam? quid comme-
morem foeminas

Reliquas? **Cri.** Argutè tu quidem, verùm si mo-
dò tutò satis.

Co. Vah perstrenuum amatorem te, vah sapi-
entem, periculo

Qui sapere discis alieno, cauteque amas simul
& catè.

Di tibi secundos prosperent amores. Sed quid
mihi dabis

Cum Carabonna tuis cubabit in ulnis, & com-
plusculas

B 3

Noctes

Noctes ad primæ noctis exemplar beatus a-
stues?

Cri. Quodvis donum atque præmium à me op-
tato id optatum ferēs.

Co. Itane? *Cri.* Sic erit. *Co.* Si fiet postulo ut fi-
am Comes

Istūq; titulum & privilegium omnes posteri mei
Habeant. *Cri.* Do fidem ita futurum *Co.* Gratiam
(habeo maximam tibi.

Sed quid diem laceramus frustra sequere vnā
(prandebimus.

ACTVS II. SC: III.

CARABONNA. MELINA.

Ah quam breves homo voluptates habet
Quam risui vicina lamentatio est.

Me. Heu quas querelas voce flebili. audio!

Mez Videntur esse dominæ regiae.

Ca. Credo agere more pro suo inimicum mihi

Sortis favorem, ut gaudiis quò pluribus

Exhibuit influente delicias manu,

Tanto dolorem mole maiorem afferat.

Heu cuncta sortis bona sequacia haud bona

Sed mera boni umbra sunt, & omne quod malū

Plusquam malum veroq; verius malum

Me. Quæ te miseriæ, quæ premunt angustia.

Ca. Heu mihi, doloris causa quo nimium premor

Crudeli-

Crudelitate superat horrenda fidem.
Me. Transadigis ô Regina, transadigis mihi
Pectus querellis. Quale principium tuæ
Hoc est loquelæ? qualis augurij fuit
Sermo hic abominandus? heu miseræ mihi!
Ca. Facies abominanda sermonis mei est
Et sceminarum sum omnium miserrima.
Me. Horrore quatiore intuens te tam statu
Regina tristi. Fare tam magni & gravis
Causam doloris, fare queis premeris malis,
Fortasse casus remedium inveniet tuus.
Ca. Non quod medelam miseræ sperem meæ,
Sed ut aliquanto pectus ærumnis grave
Respiret, istas evomendo angustias,
Causam doloris breviter exponam mei.
Nam luce mecum fatus hodierna parens
Criniso proco impio ambienti nuptias
Meas daturum pollicetur, & rogat
Me velle consentire. Væ miseræ mihi!
Parum abfuit, quin concidissem mortua.
Ut sonitus aures pepulit, horridus meas,
Tamen recipros spiritus recolligens
Et ad alta revocans pectora dolorem, rogo
Deliberandi tempus, ægre id impetro,
Nam nescius quid lactymis mihi genas
Rigaret udas, commiseratus, terminum
Trium dierum cogitandi dat mihi
Non tot dolorum mater experta est suos
Quæ triste fieri pabulum natos lupis
Avido aut leonis ore laniari videt.



Quot ego dolores misera, quot gravissimas
Acerbitates corde faucio tuli.
Et nunc querelis frena laxa dans meis.
O mea Melina sustuli incitum gradum,
Vt Floridi charum ægra conveniam caput.
Hei multa pectus cruciat ægrimonia,
Artusque miseræ durus imminuit dolor!
O vultu amico fieret obviam mihi
Consilia quo conferre possem mutua
Et providere tam minaci casui!
Sed mea Melina, nam tuos illum pedes
Iam nunc puto liquisse, suppetiis precor
Tuis mihi adsis, auxill promas penum.
Me. Vtinam mea ô regina contentam dare
Tâm te valerem, certa quàm sum pectore
Tuis futurum remedium cruciatibus,
Immensa siquidem Numinum cœlestium
Bonitas, amorque fonte pietatis fluens
Deserere puro corde nescit credulos.
Sed enim monerem pectus ut ne tristius
Vehemente reddas ipsa solitudine,
Maioris aut des seminarium metus,
Et triste misceas doloris toxicum,
Nec te nec omnis esse carituram spei
Existimes Regina, quamvis fulminet
Quamvis scelestâ turbido ruat impetu
Fortuna. Nescis nostra quod similis vagæ
Est vita navi, cuius antennæ modò
Gemunt, & æquor nesciunt furiosius
Tolerare, sed quassantur assilientibus,

Modò

Modo hoc modo illo latere pressæ fluctibus
Et cum gravatam navita adversa ratem
Propellit undâ, cedit in vanum labor,
Et victa proo puppis aufertur vado,
Morrem procellis horridam minantibus?
Ast ubi quieto stabra siluerunt mari
Tranquilla lenem tranat alveum ratis
Aurâque suavi placida sulcat æquora
Aliquando lato vita luxuriat statu,
Aliquando tristis sorte violentâ gemit.
Quid ergo planctus pascis & vastum foves
Ultrò dolorem misera? Cur mentem dabis
Prædam furori? Cur quod omni te potest
Eximere casu, mente id eximes tuâ?
Facte potentem, te fac animosam, ferum
Contra omne fatum tuear, alto pectore
Virtutis aufer invidenda præmia.
Quid lachrymas? memento momenta mala
Durare cuncta! Quin id ipsum quod doles
Ante hilaris, evidente documento potest
Evincere, sine te metu cum Florido
Victuram amante longa permensam diu
Felicis æui spacia, sicque malo bonum
Succedere, dolor ut voluptatem fugat.
Sed mihi videtur melius esse te domum
Celerare gressus, interim tibi Floridum
Quæram per urbem. Namque persuasissimum
Mihi est, suo quod ille consilio malis.
Inveniet ultrò remedium, & sui ingeni
Ostendet altâ dote, fortunam aut nihil

B 5

Auc

Aut esse non Deam sed hominem & robore
Nullo esse, si quis obviam opponat caput.
Ca. I mea Melina & occulens lacus meos
Desideranter expectare Floridum
Me dicito.

ACTVS II. SC. IV.
FLORIDVS. CARABONNA.

Difficile nimium id est opus.

AEquoris in undis asperatis horrido
Furentis Euri turbine & moto mari
Rectâ tenere posse temonem viâ.
At enim peritus navita artem non ita
Negligere debet, victus ut ab æstu maris
Pereat, nec eius arte debilitet minas
Cum sæpe numero vincere queat asperos
Sortis inimicæ pectus animosum impetus,
Quod turbo si sit tantus, ut navifragis
Mergatur undis, magnum erit solatium
Nihil tibi fuisse neglectum prius
Quod pars salutis esse potuisset bonæ.
Quare priusquam victus ego cedam malis
Subitoq; peream fortis inopinæ impetu,
Volo mentis advocare vires pristinæ,
Et nisi protervâ fraude se opponet dolus.
Me possenigram spero Divam vincere.
Car. Heu mihi quid istud est? novo infortunio
Fortassé duplicatur infortunium.
Benè ominarier in malis nemo potest!

Flor.

Flo. Sed ecce, video lachrymantem concitos
Efferre gressus, tantum opinor ob statum:
Præstabit igitur fronte læta flebilem
Occulere vultum, licet amarum pectore
Geram dolorem. Mente quam grave est jocum
Simulare tristi? Tegitur heu ægrè dolor,
O mea voluptas pace te bect Deus,
Quæ vana cogitatio lachrymis genas
Tibi reddit udas, causa quæ fletus tui est?
Ca. Hei mihi, quid è me tale quæris Floride?
Quousque dixi spiritum, nunquam mihi
Nunquam mihi fuit causa tanta nec tibi
Madefaciendi rore lachrymoso genas,
Si modo doloris conscius fores mei.
Heu illa venit hora, venit heu dies
Venit cruentus, quo nec infelicius
Nec esse nobis miserius aliud potest!
Heu genitor elocare me Criniso cupit
Non hinc abundè lachrymarum venerit.
Si nostri amores detegentur mutui?
Flo. Eja eja mea Regina, quo cor abit tuum
Nuper mihi quod sponte patefactum dabas?
Vbi animus ille regius? qui ponere
Te fecit omnem opinionis tomitem,
Cum diceres, te pluris amplexus meos
Regno æstimare? Fortè persuasum fuit
Tibi cogitanti, tempus omne detegens
Semper latere tacita missurum facis
Secreta nostræ? non tuus id amor 'finit,
Non arbitrari callidum ingenium tuum,
Non

Non providentia tua, non prudentia.

Ah Carabonna, ne **TROILVS** alter tibi

Aut alter ille **Deiphobus**, aut tu mihi

Chryseis, aut sis **Helena**, ne primos precor

Relinque amores, nec datam irrita fidem.

Luis in secundis quicquid in primis patras.

Ca. Non **FAVNA** nec **DRYAS**, nec ullo tempore

ATALANTA tantum fugere solita fuit viros,

Quantum ego refugio **Crinifum** & horreo im-
probum.

Prius ut **DIANA** sordidum os reddam luto,

Prius ut **Gela** olim & **Appa** carnem putridam

Condam mamillis. quin prius mihi etiam

Oculos **Syracusanae** ad instar foeminae;

Tantis priusquam deseram te **Floride**

Malis, & impias sequar **Crinif** faces;

Arcto cruentam fune celerabo necem,

Vt **Phyllis** & **Callirhoe**, aut solvam meas

Mucrone fauces indito ut **BYSALTIA**.

Fl. O vita suavis in salute tua salus

Mea conquiescit ne dolori indulgeas

Nec ante rem subsidere velis? quid metus,

Quid luctus, aut quid vasta lamentatio

Proficiet unquam? Melius o melius puto

Ludibrio ut nos habeat, affligat, premat

Crudelitas alterius, ac noster dolor.

Ad aliud igitur alta quam suspiria

Vertamus oculos, & salus per quam super

Fortassis esse possit ineamus viam.

Quid si **Thaletam**, cuius in me maximus

Amor

Amor, requiram, & dulce consilium rogem.

Ca. Caput ô fidele, pectus heu nimium pavet,
Maiora cruciant quàm loqui ut verbis queam.

Quò misera pergam, misera quò me conferam?

Sed quando amicus sæpè consuluit benè,

Suprema celeri vade tentatum manu.

Fl. Ibo igitur ad Thaletam: at interea precor

Sis hilaris ô Regina, pacatum gerens

Animum, Deos & esse propitios roga.

Ca. Utinam utinam! Sed metuo, ne contrario

Pavefacta voto, tristis exanimer metu.

Sed seu sinistrum sive lætum venerit

Ah anime mi, ne quæso ne sine me diu.

Fl. Sic fiet, hilari te geras animo. Ca. Vale.

ACTVS III. SC. I.

CRINISVS. COPHVS.

Hancine ego ut contumeliam tam insignem in me
repperim?

Mori me satius est! an ille præferatur mihi? an ego

Posthabeat? ut illum DI Deaq; omnes miseris pessum-
duint

Modis, nebulonem pulicidam, qui vix Bryllide rustica

Sit dignus, regios amplexus expetat? Co. Hercule miseret

Me vacerosi & infruniti hominis, inimicum qui sibi

Te tantum faciat principem. Cri. pudet & piget tam
sordidum

Habere me rivalem. Co. Benè te! malore sic in gratiâ

Eris

Eris apud Carabonnam, sic habebis matulam qui tibi
Meienti porrigat. Cri. Etiam me ludis? Co. nihil autem
minus:

Quin gratulor de tantâ tibi felicitate, nam scio
Si contigisset tibi rivalis regius, dudum fores
Excorbiatus, tam friges in venere. Cri. Nescio ad epos
Quâ lunâ nunc amem, cum fuerim antea fortunatis-
simus

Omniùm amatorum, & dormientis rete traxerim.
Ego dicam, vim audire? Cri. Dic queso. Co. Ante cum
libidine

Vagâ oculos circumferres, & quaeque obvias mulier-
culas

Amares, saepius honestissimas spernebas Nuptias,
Et tibi magis arridebant scorta glabra & usuraria,
Quam casta vel ultro oblata matrimonia. hinc bene col-
liges

Quò t'haud iniuriosa virgo foret in te Rhamnusia
Aequali si te castigaret iterum crimine, quod tamen
Non spero. Cri. Fateor equidem me vixisse dissolutius,
Sed nosti secula, nosti mores aulicos. Sic vivitur
Nunc more morum pessimo

Qui non crebro scortari, quinon crebro convivarier
Volet, haud bonus estimatur princeps, & quo peius egerit
Hoc fortunam experitur meliorem. Quin experientia
Testatur, quod plerunq; scortatores maximi
In matrimonium castissimas sortiri virgines
Soleant. Cop. Sed ex felicitate unius & alterius suam
Metiri ridiculum est. Et quem tam saepe casus transit
Aliquando invenit, & nemo se tutò tot periculis

Potest

Poteſt offerre Cri. Vera memoras. Co. Verum & vera.

Cri. prob homo

Si perges ita loqui tu ad infaniam me rediges his tuis
Dictis. Quin hoc agamus, quin ineamus conſilia, quibus
Amoliamur Floridum obſtanteſ his amoribus meis.

Co. Quid conſulamur, quid agamus, quod inveniamus re-
medium

Tui fervori amoris, noſti calliditatem Floridi

Quod quam facilime ſe quavis expedire queat plagã.

Cri. Tamen & annosa tandem vulpes capitur. Quam non
obtinere

Fraudes poteſtatem. Quia ſape plus leonina poteſt

Vulpina pellis. Agedum convocemus conſiliarium

Senatum. Co. Quid ſi noctu inſidijs opprimamus? Cri
quomodo

Id autem fieri commodiſime poteſt? Co. Mox audies.

Audiſti quod Rex hoſpites ſit hodie accepturus novos

Cri. Minimẽ, quos autem? Co. Regem Scythia. Cri.
prob ut comeffabimus

Iam iam bibiturientis gutturis prurium ſentio.

Co. Et hoc noſtrarum ſomes inſidiarum erit quam ma-
ximus.

Nam comeffatione tranſactã per poculum Herculis

Priores aſurgemus è convivio,

Et per plateas palantes tumultuario

In Floridum irruemus factum nobis obviam,

Et quando provocantes invicem ſic digladiabimur

Illum ex occulto tu, vel quivis alius ſelopeto petat,

Quod ſi contigat, ut aberretur, poſtero die

Nos ex hoc eripiemus crimine, & in eum

Itams

Iram omnem regis derivabimus, sic iracundiã
 Rex excandescens capite plectet, aut ad bestias
 Damnabit, aut in exilium prostrudet, ut pœnam luat.
 Cri. Dixisti pulchrè, nunquam vidi melius consilium dari.
 Co. Huic equidem meruò das palmarium, hïc te magni-
 gnificè exseris.
 Cr. O capitulum lepidissimum non iam possum intermittere
 Quin te demulceam! Co. Quàm scitus es! Cri. Iam no-
 stros complices
 Adeamus & nostri exponamus summam consilii
 O Floride, quàm tu magno optabis emptum nunquam
 oculis tuis
 Conspectam Carabonnam. Nos brevi tuus erit flocidus.

ACTVS III. SC. II.

TRUMPVS.

VT miseri nos omnes sumus pauperculi,
 Ut præter fas & æquum premimur indignis modis.
 Ab si mihi tot linguae essent, quot in sylvis folia arborum,
 Non sufficerent ad exprimendas miseras
 Quibus indies magis & magis miserè confligimur.
 Quid dicam nunc de annonæ charitate, quid tyrannide
 Extrema creditorum, qui quando audiunt
 Salve, respondent solve. Quàm sepe ante sol casas
 Ingreditur nostras, quàm Ceres reperitur in panario,
 Cum liberi ore hiante panem à matribus
 Petunt, mane pane tum canistrum ostenditur,
 Somno iubentur se saturare. Quod si fortè nummulum
 Vnum alterumve (quod tamen rarissimum est.)

Tuo

Tuo labore difficilimo comparseris
Proh summe iupiter, quot insidiatores habet!
Ab harpijs timendum est ne furentar, à latronibus
Metuendum ne compilent, quicquid ab his tandem fuit
Relictum intactum, longa regum id auferunt manus,
Regibus aut inscijs hirudines exugunt aulica,
Nec his recedunt satures eruscationibus,
Sed servitute præterea intollerabili nos rusticos
Premunt, & onera tanta imponunt, ac si ferrei forent
Humeri paganis. Et libenter omnia ista perpeti
Vellemus unam calamitatem si modò nobis adimerent
Dum cogimur ad venandum alere canes & bestijs
Tamen infestamur tanta multitudine, ut ne hilum qui-

dem
Indesolatum intactum maneat agrus, heu mihi
Quàm sepe tantam messem messuissimam nisi feri
Aperi vastassent miserè, quid dicam miser?
Huc literas quidem ante octiduum retuli supplices,
Nec gry tamen responsi accepi, tum quos mecum sum-

pseram
Numos insumpsi, caupo me suis extrusit edibus.
Nullum adeo hominum genus vidisse iurare aussem
Peius, quam perditissimos qui exercent cauponariam,
Præsentem quam diu vident pecuniam, amicitiam colunt,
Et se benignos præstant, ast ubi argento hospites
Emunxerint, ne frigidam suppeditant gratis amplius.
Quid nunc agam? domum ne redeam rebus infectis meis?
Aegrè mihi fidem habebunt, intempesta tuus nox in-

gruit
Totusq; vacuitate stomachus murmurat cibi

C

Intestina

Intestina crepant viscera latrant ut vel dentes dentiam.
Sed horror quid medetur algori? quin huc humi
Recumbo, & utre inflato somnum concilio mibi.

ACTVS III. SC. III.
COPHVS VARILORVS. CRINISVS.

IN aulâ vitam quisquis vult traducere,
IMaturè discat ille mores aulicos,
Discat simulare, fronte discat occulere sententiam,
Inprimis artem discat evacuandi pocula.
In hac si fuerit artifex, in hac si vicerit alios,
Palmam meretur ab omnibus, omnes in eum conijcere so-
lent
Oculos, hic primus est, prima occupat hic subsellia.
Va. Pol vera predicas. & ipse sapius stabularium
Et equisonem aliquem vidi vel doctissimo
Homini præferri, quod ferendum pro meâ sententiâ
Non esset, tam sordere doctos apud aulam viros.
Co. Nempe aliud nunc est seculum, quam quod florebat
tempore
Augusti vel Alexandri Magni. Nam tum mensa regie
Doctrinâ & usu rerum insignes adhibebantur aulici,
Quorum sermone reges meliores evaderent,
Nunc exoletos pueros & equisones assecras
Sibi habent ineptos ocio gulaq; deditos
Homines farina nostra, qui navamus operam sedulo.
Va. Et bellè opinor facimus, dum nihil intermittimus
Quod posse facere videatur ad augendum mores aulicos.
Co. Quot arbitraris ebibisse te modo congios?

Va

Va. Quot quæris innumerabiles, arenas enumeres prius.

Co. Ego sex potando vici, & plures vicissim nisi
Princeps monuisset esse mihi bibendum parcius,
Ut digladiationi melius interesse possim.

Va. Miror ubi tam diu bareat. Sed ellum cum armigero
venit,

Cri. Erupi, sustinere tantam non potui amplius
Vim poculorum. Sed ubi nam manipulares mei?

Co. Iamdudum praesto sunt, iamdudum pro te sangui-
nem

Parati sunt effundere. Cri. Laudo, imibitis à me gra-
tiam

Ingentem. Vos modò exhibete fortes, ut decet viros
Sed æquid hoc est hominis Co. Euge pæ est utricularius.

Va. Hunc assumemus nobis ut per vicos oppidi
Delicias faciat. Cri. Ehodum quid adhuc hîc iaces
modum?

Assurge & utrem celeri comple spiritu, aut multaberis
Durissime. Trum. Heu difficile lassis lacibus. Cri. infla
celeriter

En hunc tibi Francicum. Tru. ob lunchere gratus ago.

Cri. Tu puere praest cum Vulcano, ne quid offendamus,
hinc ego

Ero post principia, inde omnibus signum dabo.

Clamate horrenda voce. Co. Io. Io. Cri. ba be. Va. Io Io.
Cri. pape.

Va. Facimus studentum more præ plateas cursitantium
Noctu atq; strictos enses per stratos lapides stringentium.

Co. Hac hac eamus, obvium si nobis volumus Floridum

C a

ACTVS

ACTVS III. SC. IV.

FLORIDVS. THAETA. COPHVS VARI-
LORVS CRINISVS.

SI quid homini miseriarum est, quo miserescat, miser
animo est,

Et quamvis Methysocottabo sit temulentior
Et episcybizet struthionice & pugilice Maschalam
Attollat, atq; egregie iberioporet gutturem,
Tamen oblivisci miseriarum nesciat.

Id ego nunc experior, quod paulo plus licet adhiberimt
tamen

Abesse tantum video, ut non solum curas è pectore
Non expulerim, sed etiam multò graviores nunc sentiam.
Sed isti quinam sunt, qui rectè contra nos plateam legunt?
Va. Nisi fallunt oculi. Crinisi video famulos. Flo. st!
eamus hac,

Ne forsàn in nos faciant impetum. Nam plus habent
Viniquàm Spiritus sancti.

Tha. Here, ne cedamus illis, incedunt huc gladiatorijs
Animis. Co. Io io! babe. Va. Io io! Tata! Cri. Io io
papa!

Co. Quid hic obambulatis? Tha. Quid id exquiritis?
Cri. Itane

Nobis respondeatis regijs in urbe regia
Ministris? Quam mox irruimus. Tha. Age Floride
Hic tu subsiste, ne quid adveniat mali. Nos in fugam
Thraones istos coniciemus. Cri. Arma arma stringite,
Irruite, irruite. cædite, tundite, occidite, prosternite.

Flor.

Flor. Quis ex occulto iaculatur bombardâ? heu nequis-
sime

Agitur nobiscum. Nunc virtute in state maximâ
Persequimini, persequimini.

Th. Victi fugati sunt vi nostrate adversarij,
Instar latronum qui nos sunt adorti in urbe regiâ.

Fl. Miser ego sum meis periculis, qui cum multis hostibus
Congressus praelio conserui dexteram sepiissime,
Per plurimos predones me servavi, insidijs nunc miser
Parum abfuit, quin desperissem! O aula ut es plenissima

Simulatum, insidiarum, scelerum, fraudum,
Homicidiorum, cædium, impietatis, ô felix nimis

Qui mediâ parte turbæ pacatus silentis
Agit tranquilla, et turâ stringit aurâ littora

Mariq, timidus cymbam credere propiori remige
Legit tellurem, ô Carabonna te propter malis

Tantis obijctor, te propter graviora promptus perpeti!
Quid est enim, quod propter te non sustineri debeat?

Tha. Age Floride, hinc domum nos conferamus, luce
crastinâ

Vt hanc quam primùm conqueramur Regi iniuriam.

ACTVS III. SC. V.
CRINISVS.

O insensatum amantis pectus, ô mentem cæcissimam,
O animum audacem! quid quæso est tam magnus
atque arduum,

Quod amori non videatur parvum? quid tam noxium,
Quod non videatur sanum? quid tam maleficum? quod
non pium, C 3 Quid

Quid tam pudendum, quod non venerandum? quid tam
impium,

Quod non sacrum? quid tam sceleratum, q̄ non optimum?

Amor radices ubi semel egit, hominem sensibus

Orbat, ratione privat, adeo ut nec curet sacra

Non respiciat profana, nec divina, nec humana omnia

Pensū habeat, et suū ipsius salutem temerè negligat:

Quin etiam tantā mentis aciem perstringit caligine,

Ut imminenta praevidere nesciat pericula.

Quid verbis opus est? Etiam somnum praecepit oculis amor

Et quamvis aliquis ire contra haec inficias velit,

Tamen hic ego adsū, et ipse protestor vera haec esse omnia.

Heu mihi quam multa insomnia me adigunt ad hoc insaniae

Suspiciones, malevolentia, invidia, rivalitas

Tam me trahunt diversum et dividum, ut nequeā quiescere,

E medio donec sustulero stercorem Floridum.

Rivalem posse extinguere suum maxima est virtus proci.

Hoc igitur, hoc dies noctesq; cogito, qui crimine

Traducam falso apud Selinum Regem, ut se purget licet,

Tamen baud Rex credat. Et quia iam lucebat, adibo re-

gram

Ut meorum apud regem exonerem celocem criminum.

Nam praevenire semper melius est, quam praeveniri,

Mendaciumq; primo quod dictum est loco plus obtinet

Fidei, quam veritas secundo quam dicit reus loco.

ACTVS III. SC. VI.

TRVMPVS VARILORVS GRILLVS

VT impariter in aulis vadit, ut nulla est fides?

Verbum herclè verum est: Non tam raram avem
esse Principem

IN

In caelo, quam cervum in culina pauperis.
Aiunt Diogenem quondam quendam Philosophum
Meridianâ luce cum laternâ punicâ
Homines quaesisse, sed num offenderit nec ne haud scio,
Id vero in persuasissimis habeo, probos si hîc aulicos
Quis ausit queritare, non Diogenes unicus
Nec vnus sufficeret Vulcanus. Sed quid hic clamoris audit?
Va. Quid hoc negotij est, neminem meû dictû magnificare
Exi scelestè, age no ignave, conciliate pessims
Gr. Hai vai! Va. Quid restitas? ubi verberones cateri?
Age hoc edico vobis, hoc agite vos plagigera genera bo-
Nisi quinq, lepores hodie captos huc attuleritis, (minû
Ita ego vestra latera torus faciam, ut validè varia sint,
Ut ne peristromata quidem equè picta sint campanica,
Neq, Alexandrina belluata conchyliata tapetta
Hoc vos operiar, et si non adfuero vos operimini.
Gr. Di tibi malefaxint, qui me solû linguis in his angustijs
Tr. Ehem, nihil unquâ, quod ego noverim, mihi tecum fuit
Commercij. Gr. Erravi, ignosce obsecro. Tr. Vidin ego
hunc prius?
Heus beus tu, Gr. Quid vis. Tr. Tum es Grillus ille? Gr. Sic
aiunt. Tr. Vab quomodo
Te duxit Diabolus huc? Putavi te dudum isse ad patibulû.
Gr. Quam satius esset? Tr. Agedum mecum Grille in cau-
ponam veni
Ut ibi ientemus, et renovemus veterem amicitiam simul.
Gr. Me miserum tempus haud mihi est. Tr. Age paulisper
modo
Nam dudum tecum non bibi, tum quomodo mecum iverit
Oportet me tibi dicere.

ACTVS IV. SC. I.
FLORIDVS SELINVS CRI-
NISVS.

IN aulis ita plerunq; constitutum est, ut si quis malefe-
cerit,
Non solum sese purget, sed etiam quem lesit falso deferat
Criminibus falsis, & ita impunitatem maleficij sui
Reportet. innocens verò opprimatur horrendis modis.
Maturius ergò Rex Selinus conveniendus est mihi
Ut eidem contra pacem publicam insidias patefaciam,
Ne regem Crinisus consutis praoccupet mendacijs.
Nam novi mores hominis, novi ingenium callidum.
Et ecce in tempore veni, rex enim ipse progreditur foras.
Sel. Haccine flagitia facere ausum, haccine scelera. bas-
cine
Turbas, insidias. seditiones. Flor. Proh Deum atque ho-
mium fidem,
Propudium regi occurrit, me pervortit, falsi criminis
Et seditionis insinulavit. Cri. Quin nisi arrepta fugâ
In tutum praesidium me collocassem, expertus idem forem,
Quod ad Glammys Malcolmus, aut Athaulfus apud Bar-
cinonem,
Quod Galba circa curtium lacum, Vitellius ad scalas
Gemonias, Probus ad Syrmiam, Macrinus Antiochia
In medio ardore martis, id ego in urbe pacatissima.
Quas Heliogabalus, Galienus, Maximinus, Dalmatius
Insidias militares urbanas easdem sensi ego,
Nisi quod ego nescio, quo fato eas benigno effugerim.
Fl. Heu me infelicem, qui fortuna, quo tantum verget fu-
ror?
Sel.

Sel. O facinus indignum. Quis tã sit leni aut animo futili
Qui serat inulctum? Cri. Et hercle huius latronu sangu-
ne legibus

Nostris & discipline publicæ litandum est serid,
Ut tanta factio nis formido perimatur funditus.

Sel. Atqui adolescentem præter alios Floridum nostrum
ratus

sum frugi, liberalem & pacis amatorem quàm maximum.
Cri. Ego quoq; hercle ante hac illum adolescentem sum
frugi ratus,

At nunc dehinc scito illum ante omnes mortales minimi
precl

Osorem pacis, turbulentum & inimicum regi suo,
Catilina, Bruto, Cassio, Landrico similem & Asculo.

Sel. Vab adeò candeo ira, ut non sim apud me præ ira-
cundiã

Nec animum ad cogitandum sustineam componere.

Flor. Me miserum! quid agam? accedam? incendam?
aufugiam agar reus.

Quid autem? purgem? non adhibebit dictus heu meis fidens.

Sel. Ego ille sum Selinus, cuius imperium tria sentiunt
Regna, & tot hostes contudi armata manu, heu cui tuam
Concedas vitam, incolumitatem? in aula ut hæc ferrem
mea?

Ut hoc viderem? prius emoriar, quam non ulciscar malum.

Cri. Me herclè invitus ista dixi, sed coëgit plus quidem
Amor erga te, quam quod sustinui discrimen. Sel. Per-
dis tuis

Me dictis. Cri. Imò te servatum discupio. nam non lateet
Quanti hæctenus illum feceris, & facias adhuc. Sel. Egon
Gestio

Gestio mihi obviam dari, ut omnem acerbitudinem evomam
Fl. In puteo sum constrictus, ira in arctum coguntur copia.

Sel. Quid istic hominis ambulat; namq; oculis prospicio
parum,

Ita ardeo iracundiâ. Cri. Ipsi est, lupo est in fabulâ.

El. Cucurri pluvia ne madescerem, & horrendum incidi
in specu.

Sel. Lorarij, satellites, ubi estis. Fl. Hei misero mihi!

Non hic Thriorum strepitus est, furit igni & ferro saevius.

Sel. Lorarij, quid statis? quid cessatis? quid mora est?

Hunc insidiatorem hinc e conspectu procul meo

Abripite, rapite, tandue. Flo. Ab mi rex te te obsecro

Quid ego feci? Cur iratus es mihi tam immisericorditer?

Sel. Vab etiamnum rogare? monstrum hominu. Flo.

Deam invoco

Mihi testem, me contra omne ius falsi accusari criminis.

Ab mi Rex! Sel. quid mi rex? Fl. Ab innocens, extra om-

niem noxiam

Accusor. Sel. Non mihi placent qui sese purgare prius solent

Quam sceleris arguantur. Fl. ac iurare queo liquidissime,

Testesq; adhibere, me causam dedisse nullam huic rei.

Cri. Vab quid huic mi Rex auscultare vis nebulari pessimo?

Fl. O Crinise Crinise. Deus mea innocentie testis modis

Te miseris puniet. Sel. Lorarij. Flo. Obsecro. Sel. Ni-

hil' audio.

Fl. Obsecro, obsecro, verbum unum audi, mi Rex clemen-
tissime.

Sel. Orare merte. nequicquam audio, cave verbo supplices

Fl. Ab unū verbum. Se. Quid? scelestes, faciã uti probe scias

Quantum in se habeat periculi principibus insidias tendere.

Sel.

Sel. Lorarij, satellites, iniicite manicas improbo
Extra urbem educite, amputate caput Fl. perij, interij, oc-
cidi.

Sel. Deinde amputatum ad me referte, quid statis quas
(necstus

Moras? quid dubitatis? iam rapiũ sublimem esse oportuit,
Abeo! nam sustinere pra ira conspectum huius baud queo.

Cri. Plus annos triginta natus sum, quando interea loci
Nunquam quicquam facinus feci petus, neq, scelestius
Quam hodie, quando in mortem mediam insenemimmer-
si Floridus.

Proh Iupiter, ut mihi quicquid ago, lepide omnia prospere
reg, eventunt.

Neq, quod dubitẽ, neq, quod timeã meo in pectore condi-
(tum est consilium

Nam ea stultitia est, facinus magnum iunido cordi crede-
re, nam omnes

Res perinde sunt, ut agas, ut eas magnificias. Nam ego
in meo

Pectore prius ita paravi copias duplices, triplices dolos.
Perfidias, ut ubicunq, cum hostibus congregiar, malorum
meorum

Fretus, virtute dicam, mea industria & malitia, fraudu-
lencia

Facile ut vincam, facile ut spoliem meos perduellos meis
perfidijs.

Sed quid hic moror, quin consequor ut internecionem
contuar

Adversarij mei, quod maius enim quit esse gaudium
Quam videre inimici & perduellis interitum sui?

ACTVS

ACTVS IV. SC. II.

CARABONNA MELINA,

Nvnc copiarum heu omnium, omnium heu
opum
Præsidij & auxiliij viduitas me tenet,
Nec ulla spes mihi superest, qua recreer
Heu Crinifus instat, urget, accubitus petit.
Floridus atroci morte damnatus cadet.
Heu bina nimium gravia toleratu mala.
Quis me tot innocenter obiectam malis
Deflere dignè poterit? heu quanto metu
Cor palpitat, corpusque sollicitum ferit,
Quas trahimus auras? quod solū mœstæ subest
Quos eiulatus, quas misera voces dabo,
Questusque quos? quæ verba sufficient mihi?
Heu charitatis qui mihi sanctissimâ
Affectione est pignoratus Floridus,
Perimetur innocens & indignissimè.
In agone mortis summus est quidem dolor,
At amans amantem deserere si cogitur
Hic maior angor, maior hic inest dolor
Animus in atrâ morte cruciatus subit,
Quia corpus illud deserit amatum nimis;
Absente corpus spiritu nihil dolet
Nihilque sentit: ast duo quando invicem
Conglutinati amore sunt animi unius
Tanto est acerbior ista separatio,
Quantò utriusque sensibilibior est amor,
Nec

Nec animus hic recedit ab animo suo
Sed unicus amor in duos proscinditur,
Idemque cor in frustra miserè diditur.
Egone peccus misera mutilari sinam?
Et parte mortua unâ vivam ego alterâ?
Quid animam in ista luce detineam amplius
Morerque? Nihil est, cuncta iam amisi bona
Quid interempto sim superstes Florido?
Me. Miseranda sunt, horrenda sunt, atrociora
Sunt illa mala, sed ferre quæ dederit Deus,
Sive illa mala, sive bona, patienter decet.
Sublimis animus si milis est semper sibi,
Luctumque castigare rebus asperis
Risumque temperare novit prosperis
Abijcere non debemus animum in casibus,
Sed semper expectare meliorem statum.
Ca. Heu quam parum omnis obtinet miser spei,
Quam prona metui semper in peius fides
Quam ferre multò levius est mortem ac metum
Me. Qui nil potest sperare, desperet nihil,
Quicumque premitur calamitatibus pius
Bono sit animo. Namque ad extremum boni
Bona consequentur, improbi sed & mali
Supplicia factis digna suscipient suis.
Ca. Decreta mors est, quaritur fati genus
Laqueone vitam finiam an ferro incubem?
Me. Moderare, moderare impetus mentis tuæ,
Expelle facinus mente regiâ horridum.
Ca. Felix Evadne, quæ rogum Capanei
Infilijt alto præcipitio desuper,

Felix

Felix Ceyci socia, charo quæ Viro
Moriente funus funere ornavit novo.
Felixque tu Paulina, Blanca, Porcia,
Apicata, vestris vos beatæ mortibus
Queis coniugum clarare voluistis neces.
Iam vos ut etiam prædicer felix, sequar
Hæc sola ratio est unicum effugium mali.
Me. Heu heu, furorem mitte teq; ipsam adiuva.
Ca. Ferro hauriendum pectus est ut adiuvem.
Me. Quid misera patras, te quid exitio dabis?
Ca. Ferrum negatur? facilis est mors quælibet
Ferro negato Porcia ardentem bibit
Moritura prunas. Me. Heu ubi animus regius?
Vbi latet illud pectus invictum malis.
O Carabonna, miles hostem qui fugit,
Frustrâ resumit arma profugus in manus,
At corde contra quisquis invicto sua
Opposuit arma, retulit animosa manu
Trophæa: Sortis nempe vulnificæ nocent
Nulli sagittæ, scuta quisquis de sua
Virtute fabricat. Pectus antiquum advoca
Magnanima Carabonna, teque in his malis
Ostende talem, qualis esse soles bonis.
Quin potius ad tuum patrem te conferas,
Eique supplices, ut esse mitior velit,
Causamque trutinat melius, & revocet sibi
In memoriam, quid passus olim Floridus.
Fortassè multum vota proficient tua.
Ca. Haud mihi videris scire, quam sit impius,
Quantus sititor sanguinis genitor meus.

Melina



Melina nescis quot alios sine crimine
Et immerentes ad paludes inferas
Dudum tyrannus cæde multâ truserit.
Ob quale crimen iustulit fratrem suum?
Me. Amor gerendi sceptrâ causa fuit necis.
Quid non cupiditas imperi cædis creat?
Certant in omne facinus, & pensi nihil
Ducunt, fames quos sacra præcipites agit
Non fratris illos, non patris tangit pudor,
Non patria; regno pectus incensum rabit.
Sed amputatis his, novam non est mihi,
Quod ille fuerit omnium immanissimus.
Necnû hoc novum, tam stabile tamq; adamantini
Nil esse, quod non molliatur tempore.
Genitor tuus Charontis in cymbâ pedem
Habet Senectus sæpè bilem mitigat,
Superba humilia reddidit, extinguit sicim
Cruoris avidam, datque rationi locum.
Sed ecce contra spissus incestu venit.
Orare perge, perge, properato est opus.
Sed enim dolorem corde tacitum comprime?

ACTVS IV. SC. III.

SELI NVS. CARABONNA.

Aliquâ licet adhuc bile verminet jecur
Multum tamen remisit iracundia.
Ca. Bonum apud virum mox moritur iracundia
St. Omnes in ira corripit quidam furor,

Et

Et continere magnus est iram labor.

Ca. Quum sis homo iræ temperare noveris.

Se. Ut fatear autem præcipite nimum fui

Furore, quod ego sic inaudito caput

Iussi amputari, fortè Crinifus est reus.

Ca. Vehementer irritatus haud quid statueris.

Rationis iram posse moderari in sciam

Sapientis est. *sel.* quis loquitur? hem' tun' hîc

mea

Es Carabonna? quid petis, quid vis tibi?

Ca. Est quod rogarem, metuo sed metuo nimis

Hic ne repulsam patiar in eo quod moram

Non patitur, *se.* Intro sequere me, nō hîc placet

ACTVS IV. SC. IV.

FLORIDVS. LORARIJ, THALETA.

QUÒ rapitis? aut quò fertis? obsecro fidem
Vestram! quid hoc rei est? quod admisi
scelus?

Ah sinite me sinite me Lorarij.

Lo. Hic nostra non est culpa, summi cogimur

Nos regis imperata dira persequi.

Fl. Ah innocens & sceleris expers sum tamen.

Lo. Hoc magis honestâ morte sublatus cades.

Virtute quisquis occidit, non interit.

Fl. In quod malum transcribor? ô celsissime

Cœlestium regumq; Rex, meis vaca

Precibus, querelis, lachrymis, suspirijs.

Tibi sum relictus solus en miseram potes

Servare

Servare, tantis me eripe immersum malis.
 Succurre Iho^{va}, sive te pietas movet,
 Seu triste fatum! scelera tam lentus vides?
 Lo. Nunc Floride exequemur in te quam tulic
 Sententiam, animo sis modo imperterrito.
 Ingens periculum haud recipit ignavum virum.
 Fl. Aeterne Deus, Deus ô misericordissime,
 Miserere miseriae meae miserrimae,
 Deus ô benigne mihi fer innocentem opem.
 Th. Date viam mihi noti atq; ignoti, dū ego hic
 officium meum
 Facio, fugite omnes, abite & de viâ decedite,
 Ne quem in cursu, capite, aut cubito, aut pector
 re offendam, aut genu
 ita nunc subito properè & celere obiectum est
 mihi negotium.
 Lo. Arilore validâ distine caput manu
 Super hocce trunco, ut expeditius amputem.
 Elo. O iuste iudex, ô supreme Rex poli,
 Qui cernis hoc ubiq; praesentissimus,
 Tepolco suplex, tu patronus es meus,
 In agone mortis esto propitius mihi.
 Th. Heus vos, manum abstinete, sic Rex imperat.
 Lo. Idem securi percutere Rex imperat.
 Fl. Omi Thaletâ perge, & operam da mihi,
 Nec immerentem capite puniri sinas.
 Th. Summis Selinus mandat imperijs, manum
 Teneatis, hunc missumq; faciatis virum.
 Agite hinc abite, abite, fugite, quid morae est?
 Aut Regis in vos transmovebitis odium.

D

Flo

El. Næ tempore ipso subvenis ara unica
 Meæ salutis, Castor & Pollux meus.
 Sine te fuisset, solis ad obitum haud ego
 Vixem superstes. Tb, non id acceptum mihi
 O Floride refer, sed Deo ter optimo,
 Mediante qui te foeminâ ereptum dedit.
 Teque revocavit morte semianimem horridâ
 Fl. Quæ foeminarum quæso mediatrix fuit?
 Quam tanta pietas, tanta quam movit fides?
 Tb. Regina, Fl. Quæ regina? Tb, Regis filia.
 Fl. Hei tot periculis foemina obiecit caput?
 Tb. Sic est quid hæres? quid stupes? quid ambigis
 Nunc citius aurâ curram, ut illi nuncium
 Iucundum, opimum, lætum & optatum afferâ.
 Fl. O foeminam fidam! ó heram animosam nimis
 O regiarum grande virtutum decus!
 Curó virago me tibi committere,
 Cur dubius ambigam fidem sequi tuam?
 Sint capita mille, mille cervices mihi,
 Tot capita credam totque cervices tibi,
 Tu cauta, tu fidelis & amatrix cata es.
 Et ecce vitæ fida servatrix meæ
 Huc qualis animo talis incessu venit.

ACTVS IV. SC. V.

FLORIDVS. CARABONNA.

O Domina salve, Spes meæ vitæ unica,
 Mea vita, mea salus, voluptas, gaudium,
 Vt vivis, ut vales? adhuc spiras heræ?
 Mea chara Carabonna, quid taces? quid est?

Quid

Quid cruciat? haud agnoscis, haud vides tuum
Servum, tuum fidele mancipium, tuum
Iterum reflorescentem Hera mea Floridum?
Ca. Hei miseri amantes, quam parum lati obti-
Vix opiparo sum recreata gaudio, (nunc
Te super ut esse vivum & incolumem audij:
Sed quando Crinisi revoco mihi petulans opus,
Turbatur usus fructus omnis gaudij.
Fl. Graviore semper foeminae cura dolent,
Et passiones quam viri subeunt magis
Affectuosas. O Hera obsecro mea,
Rebus alijs nos erigamus, quam meris
Lachrymis. quid esset usq; si fleres necem!
Heu flendo quantas addis oculis miserias?
Tonante sorte satius est confidere,
Et exitus orare prosperos Deum,
Qui quando maximè videtur opem suam
Negare, tum vel maximè praesens adest,
Et arma miseris mittit auxiliaria.
Quam ratio nescit numen inveniet viam!
Ca. Iniqua raro maximis periculis
Fortuna parcat, saepe felices cadunt.
Sed quicquid erga nos statuerint Numina,
A latere dimovere me nunquam tuo
Aut amnis, aut mons poterit, aut adeo mare,
Nec metuo ventum, nec gelu, nec grandinem,
Perpetiar ignem, sufferam solem, sitim,
Comitabor exulem, sequar terram & mari:
Ut Theste quondam conjugem polyxenum,
Hipsicratea Midhridatem, Fannia

D a

Helvi.

Helvidium, Vitellium Triaria.
Fl. Mea chara Carabonna, non quidem mihi
 Prælagit animus nostrum amorem ad id status
 Iri redactum, si tamen, quod maximus
 Omen potente supprimat Deus manus;
 O Domina pro te nulla defugiam mala,
 Nullos labores, miserias, cruces, neces,
 Sed esse melius pro meâ sententiâ
 Arbitror, ut istum præterire terminum
 Sinamus, antequam ultimi discrimina
 Calus petentes spontè subeamus malum:
 Extrema primâ nemo tentavit manu,
 Quin imo nostris penitus oclusis malis
 Videamus in nos fata quid novi velint
 Statuere, quid datura sit monstri dies,
 Ego regem adibo nunc, & innocentiz
 Adversus hostem testimonium afferam:
Ca. Quiesco, vade, mox redi. *Fl.* Interea loci
 Cum copijs doloris inducias precor
 Velis pacisci. *Ca.* Pervelim, modo pervelint!

ACTVS IV. SC. VI.

CARABONNA.

O fors acerba, quando colophonem meo
 Addes dolori, quando rabidi lenies
 Furoris æstus? quando tela fulminis
 In me trifulca desines emittere?
 O spes inanes, regij quam stemmatis
 Summo decebat esse sublimem loco,
 Ad calamitates fortis extremæ quasi

Bos

Bos ad clitellas nata trudor. hei mihi!
Natura credo exemplar esse me volet
Super orbe toto mulierum infeliciū!
Ego regius sum sanguis, haud regnum iuvat,
Haud purpura, haud corona, tanto me eripit
Casu. Quid hæretis? stupetis? quin meum
Quò celsiorem video sublimis statum,
Graviora tantò perferenda sunt mihi.
Utinam essem, ô utinam numquã in hunc mun-
dum edita,

Teneris vel infans mortua essem fascijs,
Ad has priusquam miserias ventum foret!
Sed celerat huc heu Crinissus impiissimus:
Summe Deus à me tantum averrunca scelus,
Quem sic amo, ut sufferre conspectum illius
Haud misera possim, confero me hinc in pedes.

ACTVS IV. SC. VII.

CRINISVS. COPHVS.

Quid nunc? qua spe, quo consilio huc imus Cophe?
Evasit. Et profecto, quo magis magisq; cogito,
Nimirum dabit hic magnum Floridus mihi malum,
Nisi procedamus obviam maturè nostris copijs.
Co. Ut illum DI deaq; pessum pessumis duint modis,
Qui tam molestas tibi creat molestias, & anxias
Nimis anxietates. Cr. Vix sum compos animi ita iracundia
Ardeo, nihil est, quod malim, quàm modo illum mihi dari
obviam. (hæc est recens.
Ut hunc furorem in eam evomam omnem, dum agritudo
Satis id mihi habeam supplicij, dum illum tollam modo.

D 3

Vab

Vah Vah, quibus illum lacerarem, ruerem, agerem, rape-
rem modis.

Co. Si tu ex Triballis, aut Illyrijs esses, iam dudum tuus
Rivalis esset è medio sublatus. Cr. quem queso modis?

Co. Nam visu effascinasses, & lethasses in primis tuis
Ira:is oculo. Sic enim illi populi occidere
Perhibetur homines aspiciendo, in Seythiâ seu Vitia solent;
Aut unus Paetheoborum, qui non solum vicinos suos
Propius astantes, verum & alienissimos commercio
Resolvunt in tabem & lentore perimunt. Cr. ô talis mihi
Natura detur! pro hominû & Deum fidem! quas miseras
Quas calamitates, quos lethales morbos! isti propudio
Inflarem, incurerem, ingererem? Efficerem, ut eternû foret
Horrendâ mei morphosi, orans, plorans, amans; amens;
Edens, egens; bibens, rigens; vadens, cadens;
Sedens, pedens; pacans, cacans.

Co. Sic hercle satis superque haberet supplicij. Cr. Quid
hoc satia

Putas supplicij? Quin ut esset illi in omne seculum
Corpus, morbus; facies acies, macies, glacies; labra, flagra;
Vultus, hulcus; cerebrum, feretrum; lumbi, pugni; iecur,
acor;

Vestis, pestis; sura, furia, crus, pus; crinis, cinis;
Manus, manes; calces, falces; sensus, enses; sapor, acor;
Cantus, planctus; gestus, estus; sanitas, sanies; quies, lues;
Rictus, ictus; fructus, lactus; luxus, fluxus; tum ceres,
Febres; cœna, pœna; apium, opium; mael, fel; balsama, sal-
gama;

Mors, mortis; salus, palus; officium, vitium; munus, funus;

Co. Hem.

Stabile,

Cr. *Stabile, labile; latum, letum; audax, caudex; color,*
dolor. (Co. *papa!*

Calor, squalor; orsus, morsus; fama, flamma; lux, crux;
Nox, nex; pax, pix; adolescentia, pestilentia;

Senium, venenum; Co. Sic ego rivalis esse non velim

Tuus. Cr. Ast heu spiro gyrgatbum, terebro milium; in fri-
gidum (nus

Immitto furnum panes. Co. Aliud ergo sumendum in ma-
Scin, ut Locusta Claudium, Livilla Drusum? scin uti

Iola Alexandrum Macedonem sustulit? Cr. veneno scilicet

Co. Ut adipiscaris Carabonna, sic quoque tolle Floridum.

Viro peremptus spiritum inimicum exspuat.

Cr. Bene mones, sed quem fidum in hac re habebimus

Cui tuto liceat rem tantam committere?

Co. Quem nisi Varilorum regi nostro a poculis,

Qui mihi videtur huic aptissimus rei?

Cr. Adeamus igitur illum, nam scio certissime

In aula tota convenientiorem non dari

Potuisse, nisi hunc. Sed nosti, quid Alexandro Pontifici ac-
cidit?

Qui quod venenum Adriano familiari iusserat suo

Preberi, per famuli imprudentiam epotavit ipsemet?

Co. Videris nodum in scirpo querere; Quid non effectum
probe

Dedit? Cr. Exemisti scrupulum, properemus toxicum

Mixturi: Nam res tanta non patitur moram.

ACTVS V. SC. I.

COPHVS. THALET A.

Iam fundis incedam ornatus, iam lente desinam

D 4

Gaudere

Gaudere iam novus homo sum, novis quoque moribus
Mibi erit utendum. Sed quis hic homo est, tam celeviter
Huc cursum affectans? quid stupet? quid obiectum est mali?
Th. Tonantis o suprema bonitas, quam lentè videt,
Quam lentè punit scelera? prorupi miser foras,
Aspicere non possum dolores & cruciatus, quos mea
Patitur regina potionata! heu mihi omnes anguli,
Omnes parietes, omnes mense, conclavia omnia lachrymis
Dolore, horrore, plangore, angore intus sunt plenissima.
Co. Supreme Iupiter, conserva me, quid audio novi?
Th. Miserum o Selinum cuius omnis spes & omne gaudium,
Solatium, voluptas, suavitas, delicia, unica
Erant in filia, attonitus insanit calamitatibus
Oppressus tantis, Carabonna iacet prostrata! familia
Ingemuit omnis, nec cuiquam remittit lachrymis dolor
O casus, o dolor! an quicquam esse acerbius aut indignius
Posset, tam castam & virtuosam reginam indignissime
Cicutam bibere? Co. Lapidem loquitur & tonitrua.
Th. Quisquamne tantam Crinisi perfidiam putasset aut
Ut innocentem curaret reginam aconito tollere? (scelus,
Co. Vab noninat herum, fraudes in propatulo facte sunt
palam;) (cum
Th. Sed ubi nunc Floridum inquiram, tam triste ut illi nun-
Annunciem. Co. Actum est de me, siquidem hic vera pra-
dicat.
Th. Quis loquitur, bescelste, magnus ut te perdat Iupiter!
Co. Quid au? habe tibi tuas res, quid mihi tecum negotij est?
Th. Quid etiam oblatras? omnium! tun' innocenti toxicum
Ausis miscere? hem vapula! Co. Populares obsecro fidem
Vestram! Th. Quid restitas? Co. O Crinise subveni ser o-
pem mihi.

ACTVS

ACTVS. V. SC. II.

FLORIDVS. THALETA.

Quid hic clamoris oritur? Hem Thaletā, quid novi est?

Th. O Floride, Floride, scin' in quo sis infortunio?

Regina. Fl. illa optime ut opinor valet? Th. Regina non

valet. (ebibit.

Fl. Hei mihi! Th. Venenum quod tibi debebat porrigi

Fl. Quis petionet me veneno? quis porrexit, dic mihi,

Cicutam Carabonnae? Th. Criminosus ille sceleratissimus.

Fl. Quid inquis? an cicutam Regina imbibit Th. Sic inquis.

Fl. Heu estum est! conclamatum est! torpet frigido sanguis

gelu, (pium!

O facinus crudele, atrox, triste, horrendum, miserum! o im

O Carabonna, Carabonna, cur cesso tecum mari?

Quid cesso pectus ense trasfigere? quid detineo animam?

Th. O Floride Floride, quid facis, quid patras? siccine per-

Te ibis? num quis tu sis, quis illa cogitas, ubi est tuus (dū

ille animus? Virtus ubi tua antiqua? Hominem te esse me-

mineris,

Et nihil humani alienum à te. Casus humanos fortiter

Decet homines tolerare. Fl. Tanta vel fortissimum mala

Sunt debilitando. Th. Sed virtutis illud est, & regium,

Adversa capere, quoq; dubius est rerum magis status,

Hoc stare certo fortem pressus gradu. Fl. Haud meam

Vitam vel cassa nuce, vel are pertuso redemerim. (amplius

Sicut procella procellam, sic arumne me excipere solent.

Non heu suffecit insidijs peti nocturnis, argui

Et accusari falsi criminis, quin insuper etiam

Veneno tolli Reginam viderem! ut nemo inferior

D S

Me

Me posset orbem per totum inveniri?
Th. Mitte has ô Floride intemperies, vince astum, tempera
Amorem! quid foret, si te vel occisissimum dares?
Fl. Si fieri posset, pluquam millies pro illâ vellem mori
Th. Non igitur ad querellas, desperationes, & neces,
Sed auxilia, vertemus oculos. Nam reginam tu optimè
Potes sanare. Fl. Qui quaso Thaletæ? Th. Memini de novâ
Te dicere Theriaca contra venenum præsentissima,
Ab eremita quam te accepisse aiebas. Fl. Sancta Trinitas
Ignosce, in tanta consternatione tam fui, ut mei
Oblitus, ipsum me non noverim, Sed commodissimè
Quæ reginæ communicabo ut convalescat? Nam mihi
Aula interdicta est à Selino. Th. Id hercle ego nescio
Nisi si velis te transformare in seplastarium,
Tuo mutato & assumpto habitu exotico, sic ipsemet
Illam solari & restituere sanitati pristina
Poteris, nec animadvertet quispiam. Fl. Euge placet. Th.
Ego interim
Aulam occupabo, & famam de te spargam. Fl. nostra DI
precor
Secundent cæpta. Th. Perge tu modo. Fl. fiet i modo.

ACTVS V. SC. III.

CRINISVS COPHVS

A Equalis astris gradior, & cunctos super
Altum superbo vertice attingens polum,
Nunc fruor amore regio, nunc Floridum
Sandapila condet scriniis funebribus,
Sic sic perire convenit, sublimius
Efferre qui se, quam status patitur, solent.

Tristi,

Tristi, quid hoc est? Cophus incessu stupet,
Vultumque versat, seque in incerto tenet.
Age Cophe, quæ se res habent nostræ? ut stupes?
Co. Cupiunt & horrent ora. Nam quid eloquar?
Cr. Effare fati nuncius verus mei
Co. Nescisse cupies, nosse quæ nimium cupis.
Cr. Iners malorum remedium ignorantia est.
Co. Plenum recenti pabulum præsto est malo.
Cr. Quid istud est, quod esse prolatum cupis,
Iterumque non vis? quid? peritne Floridus?
Co. Periere cuncta, concidit amor heu tuus,
Virusque Carabonna porrectum bibit,
Et in magistrum scelera reciprocant suum.
Cr. O dira fata semper & sortem asperam,
Cum sævit & cum parcit ex æquo malam.
Quod tempus animo semper & mente horru
Adest profecto rebus extremum meis.
Homicida sum, Regina dexterâ cadis
Meâ perempta, sceleris est Crinifus reus,
Non si ipse mundum concitans divum pater
Corrusca sævâ tela iaculetur manu,
Unquam rependam sceleribus pœnas pares.
Co. Iam parce verbis Crinise, & hoc iam nunc age
Maiora forsitan ne tibi accersas mala,
Consulito pedibus, consulito fugâ tibi.
Cr. Quis me locus, quæ regio, quæ mundi plaga
Recipiet, ubi doloris haud morsus trucis
Me cruciet, & supplicia quærat horrida?
Co. Erroris istud omne quodcunq; est scelus;
Haud est nocens, quicumq; nō sponte est nocēs.

Cr.

Cr. Quicumq; sceleris autor, haud culpâ vacat.
Co. Ira furit Selinus inquirens reum:
I profuge, Regis ira ne miserum premar.
Te sequar Achates fidus etiam ultra ultimos
Garamantas, imo si quid ulterius patet,
Te sequar Achates fidus & terrâ & freto
Cr. Limen superum inferumq; salve simul autem
vare!) (mavelim.
Nunc illud est, cum me fuisse, quam esse nimio
Nunc spes, opes, auxiliaq; à me segregant sper-
nuntque se.
Hic est dies, cum vitæ nulla meæ salus sperabilis,
Neq; exilium est, neq; adeo spes, hunc quæ mihi
aspellat metum!
Valere, vivite, dispositum exilium est mihi.

ACTVS V. SC. VI.

TRVMPVS. GRILLVS. FLORIDVS. THALETÀ.

Iam pridem ecastor vinum largius non ebibi,

I Nec unde melius esse defecatum me rear.

GR. Et mihi data verè verba sunt, vicit vinum capitulū.

Tr. Age lepidam aliquam cantunculam occipiamus hinc.

Vt istam crapulam excutiamus à nobis procul,

Rusticus amabilem obsecrabat virginem &c.

Gr. Sat est deambulatum hinc recta eamus in forum. **Iu!**

Fl. Quid sibi videtur Floride an sic es satis **Tr. Iu!**

Peregrinus isthoc habitu: num mores quoq;

Simulare scis peregrinos? Agedum sic pergas loqui.

Audite vos Spartani, Medicos huc multos quidem

Ad vos venire dicitis, verum paucos bonos

Me

Me me videte, Theriacam quam novis affero novam
Dabo probatam. Panaceæ, de qua nunquam antea

Audistis, facite periculum, si placet. Quid de nova

Et nuper inventæ terra sigillatæ virtutibus

Verba faciam? Videtis testimonia civitatum

Regum atq; principum, à quibus probata hæc omnia.

Tr. Hem Grille non vides Doctorem illic circumforaneum?

Adeamus disputemus cum Doctore vaccino.

Gr. Quid nominis hoc est Doctor vaccarum? an vaccas
solet)

(meo

Curare? Tr. Nescio nisi quòd novi aliquem, qui pago in
Erat olim linteo, & se literas colligere noverat.

Nunc autem in urbe vivit ille longurio, & curat homines;

Hunc oppidani eiu modi salutant nomine.

Gr. Est hercle dignus, qui non homines curet, sed iues.

Tamen adeamus, fortassis chirurgus est aliquis bonus.

Bona dies Domine Doctobru. Mea Bryllis non potest bene

Edere. Fl. An potest etiam assellare? Gr. Non habeo sellas

domi

(habet, in quâdiu

Sed scamna. Fl. An habet sedes. Gr. Ad fornacem unam

Semper solet sedere. Fl. Alinâ respondes atq; ego rogo.

An bene potest cacare? Gr. Si loqueris germanicè

Tunc intelligere possem. Quoties à mensa surgit cacat

Tam multum, ut etiam sus, bonâ veniâ, vix devoret.

Fl. Hanc illi da Theriacam. Gr. Quanti? Fl. Quatuor flore-

nis. Gr. Ha be,

Non tanti apud nos venditur pulmentum cerasinum.

Fl. Non pulmentum sed Theriaca uxori danda est tua.

Gr. arefacta pyra faciunt illi bene. Tr. Mea filia

Tumidum habet ventrem propter nimiam ingestionem,

nec iumor

Remittit.

Remittit, Fl. ubi ergò tam multum edit? Tr. Apud vicinum
Brusium

Recēter pistas interdū edit similes, Tr. Scilicet quas pinsuit
Vetus Adam, Fl. En de panacea des illi dosin quotidie
Tunc melius habebit, Tr. Ecce tres obolos tibi, Fl. An tu
iudicas florenos, Tr. Habe

Tam vilem panaceam? Tr. Quantum ergò vis? Fl. Tres
Tres florenos pro tam pusillo pulveris! Ehem si tantuam
Panaceam vendis, non mihi octo grossis amplius vebes
Fimi vendenda est, tanti pulverem haud emo: qui gnetam
meam

Habere vult, is etiam eidem ventrem comprimat.

Th. Salveto quisquis es, Fl. Habeo gratiam, Th. Rex
opere maximo

Te vult rogatum, ut ad se venias, & veneno filiam
Cures infectam Fl. Perlubenter, si quid in me erit modo.

Th. Sed maturandum est, ne venenum serpat latius.

Fl. Comitabor te, commonstra ignoto & peregrino mihi
Vos inter vos partite hæc rustici, & utimini domi. (viam.

ACTVS V. SC. V.

GRILLVS. TRVMPVS.

SI quid boni esset nobis non dares, præterea aliàs satis
Saxungie, atq; similis materia habemus nostra domi.
Tr. Mi Grille ne sic flocci facias, quæ tanti æstimariet
solent, Gr. Vah neseis institorem merces laudibus suas
Evehere, Tr. Verum si probata non essent, ne rex quidem
Hunc accersisset ad se, Gr. Magni Domini non rarò solent
Errorem admittere, quibus etiam scenum gracum saccha-
rum est.

TH

Tr. Tu valde es impius, qui tanta Dei contemnis munera:
Nam Deus haec ordinavit ad salutem nostram & omnium.
Gr. Ad certum finem quodq; destinatum est. Hinc axungia
Nata est, ut axes ungantur, non lingua humana aut vi-
scera:

Terra figulata, ut inde figulus ollas & alia fabricet.
De pancea autem, quis non sentiat esse imposturam meram,
Omnes curare posse morbos? Vab paulum zinnoberis
Omnes curare posse morbos. Nempe sic nos simplices
Argento emungere volunt Tr. Animaderto nunc technas

tuas:
Ut isthaec non curem, & tu solus isthaec omnia auferas
Ita mihi persuadere vi: Versutus sum tibi satis.

Age dividamus aquas in partes duas: Ego alteram
Et tu sume alteram. Sic aqua lance divisum reor.

Gr. Sed quomodo dividemus hancce chartam, cui tota ars
inest.

Tr. Si nobis esset scriba qui praelegeret. Gr. Ego legen-
di artem scio,

Tr. Vab inter eruditos etiam te scribis? Poi nescij.

Impone conspiculum, ne legenti obster tibi

Tuus ingens nasus: Nam maiorem non vidi haectenus.

Gr.

Recipe.

Pro dentium dolore: Minus tres quartas semilibram axungia.

Pro stomacho imbecilli: Sex vivi argenti uncias.

Pro passione ventru: Botules bis novem.

Pro peste: Tria AVE Maria. Pro phitisi: Lac nigrum virginis.

Pro frigore: Virginem adolescentem annorum 18.

Ad congelatam calcem: Ad anem scarificatio.

Ad lippitudinem oculorum: Resectio unguum.

Ad longam quoniam, Curtatus dies, &c.

Cetera Grillus habet.

Tr°

Tr. Age perge legere. Gr. Non plus easci quam panis rursus
(sticis) (tibi?)

Dandum est. Tr. Quid? an reserves chartam istam soli

Inique mecum divides. Gr. Quid cum Amaratino sui,

Cum legere ne queas? Tr. Quasi non possim adhuc addiscere.

Nisi mihi restitueris, per Faunum vapulabis furcifer.

Gr. Ego summo iure vendico tibi. Tr. Quo iure vendico
dices

Tibi? Redde redde inquam. Gr. Non reddam. Tr. Hem
vapula.

Gr. Nec ego languentem habeo dextram. Hem vapula etiam.
Quid? fugies?

Nec mihi pedes deesse videbis grillatorios.

ACTVS V. SC. VI.

THALETA.

Sæpe meditatus mente sum mecum meâ,
Et sic habere, testis experientia est,
Non esse quemquam, nec fuisse, nec fore,
Qui non maligno fortis adversæ statu
Prematur ipsis usque ab incunabulis:
Ita tamen ut quo quis sit arduior loco,
Hoc calamitates terre maiores suis
Cogatur humeris, sicut his amantibus
Duobus evenere cumulatum mala.
Sic fors acerba gyrat ancipiti rotâ
Mortale quod vis, sic in aspero mari
Abducta rapitur vita! Sed enim maximum
Solamen hoc est, nulla perpetuò mala
Durare, sed post calamitates maximas
Et maximas opimitates insequi,

Sic post pericla postque tot discrimina
Meus Herus atque Carabonna gaudijs,
Vsque æviternis profuerunt postmodum.
Nam simul eâdem horâ veneno Regia
Est liberata filia operâ Floridi
Et ipse Floridus, genus quem patrum
Huc usque latuit, Regis Armeniæ inclutus
Nunc natus audit clara progenies patris.
O lux beata! festus ô nimium dies,
Qui tam repenti tam celeriter tot cruces,
Tot acerbitates, tot dolores, miserias
Tot amaritudines tot abstulit neces!
Contra tot opiparas, largas, opesq; dapiles,
Amœnitates, gaudia, veneres, iocos
Ipsissimo dementia præbuit horreo.
Iam iam Selinus, Carabonna, Floridus
Messem metunt opimitatum maximam,
Iam tota quæ in fermento erat prius iacens
Triumphat aula! iam Selinus Florido
Iterum favebit, perduellionibus
Post facinus admissum fugam arripientibus!
sed ipse Rex Selinus exit

ACTVS V. SC. VII.

SELINVS. FLORIDVS. CARABONNA.

ô Deus

SVpreme servas me meamq; regiam
Sinopina tanta obiecta sunt mihi gaudia
Fl. Mœrore consepultus extremo fui;
Et ecce præsens hicce mœrorem dies
Oblivione sempiternâ sepelijt,

E Non

Ca. Non alia videor quàm profundi expergita
Sopore somni Genitor ò charissime
se. Ita coopertum pectus habeo gaudijs,
Vt nesciam sermouis incipium mei
O Floride! Tuâ enim fideli industriâ
Lethale quod bibit venenum filia
Haud nocuit hilum: Vice secundâ nunc suam
Tibi salutem filia acceptam refert.
Tu servitute liberaſti me hoſticâ.
Quibus ergò verbis? & quibus meritis tua
Merita rependam? Ignosce quæſo Floride
Quòd durioris hæcenus animi fui
In te, nec imputa mihi, irâ percitus
Quòd immerentem te necandum iuſſerim,
Fl. Here mi ſeline muneris quod erat tui
Factum eſt, nec à te contigit quicquam mihi
Adverſi, & à te contigiſſet ſi mihi
Adverſum, id ætatem omne lethæis aquis
Datum, ille ſecum Criniſus abſtulit fugâ
ſe. Malum quod iſti DI Deæque omnes duint,
Qui meque teq; in tanta præcipites mala
Aulamq; totam ſceleribus dedit ſuis!
Ca. Quiſce genitor chare, nec aliquo malo
Contaminata tanta reddas gaudia.
Impunis eſſi Criniſus hinc abiit malus,
Vitæq; ſic conſuluit exilio ſuæ:
Tamen dabit aliquando pœnas, ſic licet
Vel Iovis ad aulam fugiat incito pede.
Nam pœna tardo eſſi ſit interdum gradu:
Tandem tamen eâ mole gravitatus venit,

vt

ita
n
ii
nt,
022
vt


Vt Nemesis usque magna faties cœperit.
O genitor esse ceu bonum nullum potest
Sine præmio, esse sic malum nullum potest
Sine Nemese. *se.* Mea Nata loqueris optimè:
Crinifum ergo linquens virgini Rhamnusia,
O clare iuvenis atque florentissime
In te favoris atque gratitudinis
Manifesta iam nunc editurus pignora
(Quod auspiciatum sit mihi & scepro meo)
Diadema capiti regium impono tuo
Et Carabonnam conjugali fœdere
Tibi iungo, Regni teq; constituo mei
Heredem Age ô propago clara regij,
Stemmatis amore Carabonnam regio,
Dignare! Sic è femore prognati tuo
Avita longo scepra possideant gradu,
Meumque per te crescat imperium indies.
Fl. O magne rex Seline sufficeret mihi
Te mihi favere; cum tamen mi Rex tibi
Placitoque Ihovæ libeat, ut sim filia
Tuæ maritus gratus accipio manu,
Utrâq; , utraq; quicquid offertur manu
Gratasq; gratus Numini grates ago.
O Carabonna pectus unicum meum,
Animæ salillum, mel, voluptas, suavium.
Iam tandem amoris experimur mutui,
Vsum atque fructum! Nunc in amplexus meos
Ruis expetita! Post tot ærumnas dies
Illuxit ô Regina festivissimus!
Cd. Quos fata amoris esse socios ordinant

Hos

Hos nullus hominum, nullus hos vel Dæmonum
Quamvis frementum nescit inhibere impetus.
Quam Domine vitam sorte servasti improbâ
Tibi non eandem sorte devoveam optimâ
Non est mentem quod spiro Floride, sed tuam
sel. Sed hinc eamus atque genitori tuo
Per regium Legatum opima hæc gaudia
Scribamus, & simul futuras Nuptias.
Fl. Vos spectatores ergò spectatissimi
Si condoluisti nobiscum sorte asperâ,
Iam nunc sereno nobiscum animo **PLAUDITE.**

F I N I S.






44/44

AB 44 ^M / K,4

ULB Halle 3
002 680 319



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

ELDI
NNA
er
A
A,
NGI
ientis,
TOB.
nni.

